

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

1 Maji. Kalendis Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

402 ANNI CÆLESTIS

serio agere negotium aeternitatis mu-  
doce me dolere, doce amare, doce labo-  
rare, ac sudare, amore tui Filii, Du-  
mei!



## ANNI CÆLESTIS

M A J U S.

i Maij. Kalendis Maij.

**S**ancte Philippe, Scytharum &  
Phrygum Apostole, qui à ma-  
gistro Iesu ostendi tibi Patrem  
cælestem, Dei videndi avidus, pe-  
tiisti, & impetrâsti, quando pro illo  
crucifixus, & lapidatus es. S. Jaco-  
be justus, frater Domini, qui à carne,  
vino, sicerâ, semper abstinenſ,  
Sancta sanctorum ingrediebaris so-  
lus : cuius genua flectendi in oran-  
do assiduitas callo induit : qui tan-  
dem ex alto templi loco Ieroſoly-  
mis præcipitatus, confractis cruri-  
bus, pro inimicis orans, in capite  
fuste fullonis percussus, animam  
dedisti magistro Iesu. O sanctissi-  
mum Apostolorum par! orate, ut  
justus vivam, & moriar; ut faciens  
omnes voluntates Dei, frater Iesu,  
& bonus Dei & MARIAE filius vi-

vam;

vam, & moriar; & tūm morienti  
offendite mihi Patrem, & sufficit mi-  
hi. Amen.

S. Hieremia Propheta, lapidate;  
cujus pulveres mortibus aspidum  
medentur.

S. Andeole Subdiacone, qui spi-  
nōsis fustibus cæsus, demum ense  
ligneo, capite in quatuor partes, in  
modum Crucis, consciutto, marty-  
rium consummāsti.

SS. Orienti, & Patientia, MM.

S. Sigismunde Rex, in puteum  
demerse, & luminaribus, cantibūs-  
que cælestibus, ac miraculis hono-  
rate post mortem, febricitantium  
singularis advocate.

SS. Orienti, & Asaphē, Episc.

S. Amator Episc. cuius mortui  
spiritum Sanctorum chorus, cum  
hymnis, & canticis, ad Dei thro-  
num adduxit.

S. Walburga V. multis è cælo  
solatiis, oleo post mortem, aliisque  
miraculis celebris.

S. Grata Vidua.

B. Peregrine, à Matre Virgine,  
quam de vita ratione consulebas,  
ad religiosum asylum invite, &  
ab Angelo deducere, ac in ipso reli-  
gioſi loci ingressu, toto capite cæ-  
lesti ſplendore circumfuse: qui per

404 ANNI CÆLESTIS

triginta annos nunquam sedisti,  
nunquam in lecto decubuisti, nul-  
lum diem sine confessione abire  
vacuum permisisti: cuius putre-  
factum crus descendens è Cruce  
Jesu tetigit, & sanavit: qui de-  
mum clarus miraculis, B. Philippo,  
& Francisco Senesi comitibus, z-  
ternam gloriam adiisti.

S. Marculphe Abba, cui appartenens  
Angelus: *Pax, inquit, tibi, beatissime Marculphe;* tēque ad magna,  
pro Dei gloriā, audenda anima-  
vit.

S. Benedicte M. in Hungariā,  
quem labore per iter fatigcentem  
Angelus vehiculo domum revexit  
qui ut somnum non nisi parce ad-  
mitteres, caput circumdedisti cir-  
culo, aculeis undique obsepto, &  
ferto ligneo, lapidibus obarmatos  
ut si somno pressum caput inclina-  
res, à lapidibus illis atque aculeis  
excitareris: qui cùm S. Andrea  
Zoërardi esset discipulus, à latro-  
nibus occisus, in Vago flumine de-  
mersus, atque aquilæ supervolantis  
indicio, recens in aquis & integer  
est repertus.

S. Andrea Zoërarde, Benedicti  
magister, cuius mortui corpori ad-  
stricta catena reperta est, quæ jam

is

in viscera penetrârat , sepulta in carne ; cuius pars , Geisæ Duci Hungariæ deinde fuit in pretio & honore: in cuius antro depositum mortui cadaver , velut in Elisæi se-pulchro , revixit , & sociis attenitis dixit : S. Zoërardus me à morte susci-tavit ad vitam ; adjecitque , se ab eo loco non discessurum , sed Deo , & tibi servitum ; id quod præstítit usque ad mortem : qui quendam, tuum nomen assidue invocantem, Nitriæ suspensum , in vitâ retinui-sti ; & ille ajebat posteà , se tuis manibus in patibulo fuisse sustenta-tum , dilapsoque populo absolu-tum , & in tuto depositum.

S. Theodulphe , singularis contra dentium dolorem patrona.

OMNES SANCTI , &c.

pag. 320.

S. MARIA à Gaudio , hodie Bononia celebrata : doce me sanctam artem gaudendi . O cauſa nostræ lætitiae ! fac , ut omnia , qua ago , gaudium af-ferant Deo meo , tibi , ac Sanctis omni-bus ; ut gaudium sit in cælo super me peccatore pœnitentiam agente , & ingrediar in gaudium Domini mei , ac ibi de me gaudeat Deus meus !

S. MARIA , qua hodie , à B. Hen-rico Sufone , strenæ Majalis loco , va-

Aa 5

riis

## 406 ANNI CÆLESTIS

riis donis, & laudibus es honorata. Tibido, in strenam aeternam, omnes dies meos : tua gloria dono hunc mensem, & omnes articulos vita, ac mortis mea!

2 Maii. 6 Nonas Maii.

**S**ancte Antonine Florentine, qui quia staturâ pusillus eras, ex Antonio Antoninus es dictus ; ob prudentiam verò singularem, *Antoninus consilium* : qui à carnium esu, & à fœminarum colloquiis alienus, cilicio & zonâ ferreâ cinctus, Episcopatum invitus adiisti: qui cum tres (qui soli tibi supererant) panes pauperibus dari jussisse, pransurus plena, in penu, candidis panibus omnia divinitus reperisti : qui super domum trium pauperum virginum laborantium tres Angelos, postea (cum ex, a te adjutæ, otio vanitatique vacarent) dæmonem incubantem vidisti: qui in bilance ostendisti verba hæc, *Retribuat tibi Deus!* majoris pondens esse, quam poma, quæ dono acceperas : qui pronuntiatâ excommunicationis sententiâ, panem candidum in atrum vertisti ; sed ille ad pristinum candorem reversus est,